



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

LIII. Bischof Heinrich von Brandenburg incorporirt dem Kloster Zinna die Kirchen zu Luckenwalde und in mehreren Dörfern, worüber das Kloster das Patronat besitzt, am 23. April 1401.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

LIII. Bischof Heinrich von Brandenburg incorporirt dem Kloster Zinna die Kirchen zu Luckenwalde und in mehreren Dörfern, worüber das Kloster das Patronat besitzt, am 23. April 1401.

Hinricus, dei et apostolicae sedis gratia Brandenburg, ecclesiae episcopus, universis et singulis, ad quos praesentia evenerint, salutem in filio virginis gloriosae. Etsi dignitates, personatus et caetera ecclesiastica beneficia in prima sua fundatione secundum canonum decreta debeant et consueverint competentibus dotari proventibus pro rectorum sustentatione et oneribus incumbendis supportandis, nonnunquam tamen accidit, prout experientia edocet magistra, sic erecta et dotata diversis ex casibus suis ea fructibus destituta in suis administrationibus confusa relinqui. Cum itaque monasterium in Zenna, Cisterciensis ordinis, nostrae Brandenburg, diocesis, propter malum statum terrae aliaque diversa ac damnosa accidentia in suis obventionibus in tantum sit extenuatum, quod, sicut ipsius monasterii deposcunt onera ejusque honor et reverentia sive decentia exigit et requirit, ei sua temporalia ad sua, ut condecet, incumbenda negotia dirigenda deficient; proinde nos, qui defectus aliorum ex officii nostri debito paterna sollicitudine releuare et reformationi pro posse tenemur intendere, matura animadversione satagentes, habito prius cum nostris fidelibus ac capitulo nostrae ecclesiae saepius ac saepissime repetito communi ac sollempni tractatu, de ipsius capitulo nostri voluntate et expresse consensu, ecclesias parochiales in Luckenwalde, Pechule, Bardeniz, Czennow ac Frankenfelde, quarum jus patronatus ad abbatem et conventum praesati monasterii spectare dinoscitur, quarum fructus, redditus et proventus, prout ex inquisitione diligenti ac etiam informatione didicimus, quadraginta sex marcarum argenti vel nonaginta frutorum more patriae secundum taxationem decimae valorem annum non excedunt, cum omnibus et singulis earum pertinentiis eidem monasterio incorporamus, annectimus et unimus, decernentes, ut, postquam ecclesias supradictas per cessionem vel decessum rectorum earundem vacare contigerit, abbas, qui pro tempore fuerit, religiosum virum sui monasterii aut secularem in Luckenwalde, ad reliquas vero clericos nobis aut nostris successoribus ad easdem praesentare debeat pro institutione canonica obtinenda, quibus congruam portionem de fructibus, redditibus et proventibus ipsius ecclesiae pro sua sustentatione debeat assignare, unde subsidia sedis apostolicae et legatorum ipsius ac nostra et alia incumbenda onera valeant subportare, alios fructus redditus et proventus universos in usus dicti monasterii convertendo, prout ipsis virum fuerit expedire, perpetuis temporibus duraturis. In cujus rei testimonium praesentes literas fieri et sigilli nostri ac capitulo nostri in signum consensus appensione iussimus roborari. Et nos Henningus praepositus, Johannes prior, totumque capitulum ecclesiae Brandenburg, capitulariter congregati, per solitum morem et modum capitulum Brandenburg, ecclesiae facientes, quia praedictarum ecclesiarum parochialium incorporatio, annexio et unio per reverendum patrem et dominum nostrum, dominum Hinricum episcopum supradictum de voluntate nostra praecedentibusque nobis cum debitis tractatibus facta est, in signum evidentis consensus nostri, sigillum capitulo nostri una cum sigillo domini episcopi nostri praesentibus fecimus subappendi. Datum et actum Brandenburg, anno domini millesimo, CCCC<sup>o</sup>. primo, ipso die beati Georgii martyris gloriosi, praesentibus honorabilibus viris, dominis: Nicolao Plonitz, Nicolao Clizik, canonicis ecclesiae Brandenburgensis, Johanne Coti, officiali curiae Brande-



burgensis, nec non Nicolao Cynnou, plebano in Templin, Brandenburg. diocesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Nach Hesslers Abschrift aus einem Brandenburger Copialbuche.

LIV. Das Kloster in Zinna verspricht dem Bischöfe von Brandenburg von den ihm incorporirten Kirchen fernerhin die ihm zustehenden Abgaben zu entrichten, am 23. April 1400.

Nos frater Hynricus, abbas, Andreas, prior, Thidericus, cellerarius et burfarius, Albertus, subprior, totusque conventus monasterii in Czenna, Cystericiensis ordinis, Brandenb. dioceleos, tenore presentium publice recognoscimus, quod ecclesie parrochiales: Luckenwalde, Czynnou, Pechule, Bardenitz, Franckenvelde, ad nostram presentationem spectantes et per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Hynricum, episcopum Brandenburgensem, nostro monasterio incorporate, annexe et unite cum suis rectoribus seu plebanis sub omni obedientia et omni jure et lege jurisdictionis atque dioecelane debitis ad episcopum Brandenburgensem, qui pro tempore est et fuerit, esse debeant, in nullo episcopatu et prelatibus ecclesie civitatis et dioecelae Brandenburgensis prejudicium generando pro nunc neque futuris temporibus etiam privilegiis, gratiis et indulgentiis obtinendis quibuscunque, volentes predictas ecclesias et earum pro tempore rectores semper obligatos esse ad solvendas quascunque procuraciones et subsidia sedi apostolice et legatorum ejus ac domino Hynrico, episcopo moderno, suisque successoribus clero civitatis et dioecelae Brand. impositas et imponendas juxta modum, ratum et taxam infra scriptam, videlicet Luckenwalde de XXIV, Czynnou de XXII, Pechule de XVI, Bardeniz de XIV, Franckenvelde de XIV fructis, ad quam taxam et ejus solutionem et alia onera eis de jure et alias etiam, ut prius, incumbentes prefatas ecclesias et earum pro tempore rectores sine quacunque contradictione consentimus fore obligatos, non obstantibus quibuscunque privilegiis, gratiis et indulgentiis obtentis et obtinendis in hac parte. In cujus testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Czenna anno domini M. CCCCI<sup>o</sup>. ipso die sancti Georgii martiris.

Nach Hesslers Abschrift aus dem Originale des Brandenburger Stiftearchives.

LV. Revers des Abtes Heinrich und des Conventes zu Zinna wegen des von Erzbischof Günther zu Magdeburg, mit Consens des Domcapitels, dem Kloster zugeeigneten Dorfes Zernow bei Jüterbogk, vom 28. September 1407.

Heynricus, dei gratia Abbas Monasterii In cenna, Totusque Conuentus ibidem ordinis Cisterciensis, Brandenburgensis dioecelae, — — notum esse cupimus christi fidelibus vniuersis per presentes, Quod reuerendissimus In christo pater et dominus, dominus Guntherus, dei et apostolice sedis gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie archiepiscopus, nobis abbati et con-